



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XIV. Masculinum, Masculus. conf. tit. Fœmina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

ne mandato procedere possit, vel agendo pro ea vel ipsam defendendo, dummodo caveat de rato, præsertim in bonis non dotalibus: aliud autem sit in contractibus & obligationibus, in quibus sine mandato maritus se intromittere non debeat, maximè si res tangat damnum & dispendium, secus si ejus commodum. *add. & resp. 96. num. 14.* Hinc dicimus maritum non posse stipulari, ut probat Cephal. *consil. 713. num. 47. vol. 5.* non posse uxoris pecunias distrahere idem Cephal. *consil. 727. num. 14.* nec uxori transigendo præjudicare Castrensi. *consil. 284. volum. 2.* Menoch. *consil. 791. num. 2. volum. 8.* & in summa maritum ex facto uxoris non teneri, etiam si pariter unicam personam referre videantur, cum sint duo in carne una & aliàs maxima inter eos sit conjunctio, ut consuluit Cephal. *consil. 577. num. 17. vol. 4.* præsertim in his quæ sunt magni præjudicii, in quibus speciale mandatum uxoris desideratur, tamen generale mandatum bona sua administrandi maritus ab uxore haberet, Jacob. Menoch. *consil. 331. num. 89. vol. 4. & consil. 621. num. 15. vol. 7.*

III.

Mariti omnia esse præsumuntur, donec importata à muliere probentur. *l. Quintus 51. de donat. int. vir. & uxor. Bald. in l. ob maritorum. n. 3. per ill. text. verb. domini esse tui probaveris. C. ne uxor pro marito. Alciat. reg. præsumpt. 26. num. 9. cum ibi allegatis. Welenb. 1. consil. 11. n. 8.*

IV.

Maritus auctor uxori in propria causa esse nequit. *l. pupillus 5. in pr. ff. de auctor. tutor. Matth. Welenb. 1. consil. 11. num. 4.*

V.

Maritus & uxor participes sunt infortuniorum. *l. si cum dotem 22. ff. maritus 7. ff. solut. matr. Carpzov. p. 3. consil. 25. defin. 7. num. 6. & consil. seq. defin. 2. n. 8. Welenb. 1. consil. 43. n. 148.*

VI.

Maritus emens aliquid uxori suâ pecuniâ, ei acquirit dominium. *l. & si de tua pecunia 9. C. de donat. int. vir. & ux. sed mutuans uxoris pecuniam, ei pignus non acquirit. L. pen. C. de distict. pign.*

VII.

Maritus tenetur alere uxorem etiam indotatam. *Innoc. in cap. 7. X. de donat. int. vir. & uxor. tenetur etiam gerere negotia dotalia Bart. in l. fin. ff. solut. matr.*

CAP. XIV.

Masculinum, Masculus.

conf. tit. Fœmina.

Axioma I.

Masculinum concipit fœmininum. *l. si quis id quod 7. de jurisd. l. mancipia. 5. C. de serv. fugit. l. qui duos mulos. 62. ff. de legat. 3. l. 1. & ibi Dec. Gœdd. de V. S.*

Declarata hoc procedere in iis casibus, ubi una eademque ratio dari potest. Ubi enim ratio

militer diversa in masculo & fœmina, masculinum nunquam concipit fœmininum, etiam si verba essent communia ad utrumque sexû. *Bald. in consil. 330. num. 2. vol. 3. Gabr. in concl. 6. num. 51. vers. 2. limita. de V. S. Cravett. consil. 588. num. 9. vol. 4. Socin. sen. consil. 90. in fin. vol. 1.* Sic ubi de honore agnationis in aliqua dispositione ratio habita fuit, masculinum non concipit fœmininum. *Dec. consil. 453. sub num. 7. vers. postremo, col. fin. Barbat. consil. 50. num. 21. vers. sed in nostro casu. vol. 4. Gabr. d. conclus. 6. num. 60. vers. tertio inferitur de V. S. Socin. jun. consil. 1. num. 116. volum. 1.* masculino enim sexui natura diminutionem, potestatem, majores sensus, fortitudinem, honorem, dignitatem & conservationem familiae aliasque prerogativas & eminentias concessit, cum fœminis tantummodo subjectionem & obedientiam præceperit. *Genes. cap. 3.* Unde & Agnatos masculos esse digniores colligere licet ex *l. cum pater 77. §. pater pluribus 21. ff. de legat. 2. Bald. consil. 21. vers. solutio, vol. 2. Steph. Frider. de Interpret. jur. part. ult. n. 36. Vult. int. consil. Marburg. consil. 29. vol. 2. n. 30.* Per masculos etiam conservatur familia, per fœminas autem familia paterna finitur, *l. pronuntiatio 195. §. fœmina. 2. de V. S. l. 7. C. 10. in princ. de grad. §. 1. Instit. de legit. agn. success. l. adversus 4. C. de crimin. expilat. hered. l. quicumque 10. C. de milit. videmus etiam masculos majora sustinere onera. *Bald. in l. Titio. cum §. pen. in fin. ff. de legat. 1. Gerere Republicam & familiarum dignitatem conservare, l. 1. §. sed si 3. ff. de ventr. inspic.* Si ergo Masculinus sexus natura est honoratior fœminino, cur ergo non possit honoratior esse in successione, ait Laurent. *Lat. in repet. §. ceterum. num. 12. Instit. de legit. agnat. tut. vid. & Socin. in suis fallent. reg. 312. ubi multis modis hanc regulam limitat.* Unde nec in feudis masculinum comprehendere fœmininum not. Jason. in d. l. si quis id. n. 11. ff. de jurisdict. Gabr. d. conclus. 6. num. 54. vers. secundo inferitur de V. S. scilicet quando per verisimiles conjecturas & alias demonstrationes apparet mentem concedentis ad solos masculos respexisse, prout concludunt Bald. in l. res filios in pr. ff. de pact. & ibi Jas. n. 5. vers. secundo limita, col. 1. Guid. Pap. decis. 133. & in decis. 612. num. 1. vers. sed adverte. Alciat. consil. 43. quamvis. num. 12. vers. 2. respondeo lib. 9. Calcan. consil. 48. num. 8. vers. & per ista inferitur ad aliud secundum dubium. col. 3. in fin. plenè Socin. jun. consil. 168. presentis. num. 30. vers. quinimo quando mens. 5. vol. 2. & Gabr. d. conclus. 6. num. 86. vers. limita. Aretin. in l. quicumque in 3. fallent. Cod. de servis fugitiv. Pacian. consil. 49. n. 12. vide latissimè hoc de axiomate differentem Gœdd. in l. 1. n. 22. cum seqq. axiom. 2. & 3. Knipschild. de fideicommiss. famil. nobil. cap. 1. n. 43. & seqq. Mantica. de tacit. convent. lib. 2. tit. 4. n. 63. & tit. 5. n. 15. & tit. 13. n. 7. & tit. 15. n. 14. & lib. 3. tit. 8. n. 20.*

II.

Masculinitas in uno casu expressa, censetur in alio repetita. *Socin. jun. consil. 603. num. 55. vers. igitur dicendum est. vol. 1. Rubæus in consil. 71. num. 6. col. 2. Dec. consil. 515. in fin. Ruin. consil.*

consil. 146. numer. 7. vers. nec obstant allegata, & consil. 147. num. 7. vol. 2. Gabr. conclus. 10. num. 41. in fin. lib. 4. de testam. Menoch. cons. 65. n. 82. vers. q̄o circa in tanto. vol. 1. Mantica. de conject. ult. volunt. lib. 13. n. 8. vers. perinde. quod intellige si constaret de mente testatoris vel disponentis expressa, vel tot conjectura concurrerent, quæ efficaces essent ad declarandam mentem defuncti. Pacian. 1. consil. 17. n. 54. vel quando ageretur de favore illius agnati, qui ab intestato successurus esset. Alex. cons. 38. n. 7. vol. 6. Menoch. d. cons. 95. n. 83. vers. præterea Abbatis. vol. 1. vel quando ageretur de favore descendendum ipsius testatoris, prout in terminis repetenda masculinitatis tradit egregie Rubæus consil. 141. in fin. ubi dicit, quod quando substitutus est unus de descendibus ipsius testatoris, cujus persona mediante possunt bona conservari in agnatione, tunc masculinitas censetur repetita; quando vero substitutus non esset de descendibus, tunc qualitas masculinitatis adjecta in una substitutione non censetur repetita in altera, maxime, quando non eadem, sed diversæ personæ sunt nominatæ. Ruin. d. consil. 143. num. 19. vers. præterea ubi fit mentio. Menoch. dist. consil. 95. num. 98. vers. sed prius præmitto. volum. 1.

III.

Mares in capitatione magis gravandi quam feminae l. 9. C. de Agric. & Consil. nisi aliud publicâ lege introductum. Brunnem. ad l. 10. C. eod.

CAP. XV.

Mater.

Axioma I.

Mater in procreatione filia dicitur radix, filius vero flos & pomum, c. tunc salvabitur 33. q̄æst. 5. & ibi gloss. fin. si igitur radix est, dicitur totum pondus conjunctionis & matrimonii sustinere, quod circa proles procreationem vertitur, ut habetur in l. 1. ff. solut. matrim. Unde quod matres plurimum laboris habeant, patet experientia ipsa, in qua quærare ulteriorem rationem esset perversæ cognitionis, prout ait Bald. in rubr. ff. solut. matr. in pr. cum allegatis per Jas. in l. cum filio. col. 8. de legat. 1. scinduntur enim ut partus edant, teste Philosopho 9. Ethic. dicente: quod laboriosior sit generatio matrum, & quod magis sciant, qui ipsarum sint filii quam patres, refert Johan. de Neviz. in tract. Sylv. Napr. p. 3. col. 2. Unde ipsa natura liberos ardentius amare videntur. Novell. 94. cap. 1. ibi nature amor pius circa filios, aut quia in eis magis elaboraverint, ut dicitur in §. sed nos constitutione. Instit. ad Tertull. aut propter certitudinem majorem, quam de illis habent, l. quia semper 5. ff. de in jus vocand. Zimara Sancti Petrin. in problem. 41. latè Joh. de Lign. in tract. de Amicit. §. & surgit vulgaris q̄æstio. Pacian. 1. consil. 66. num. 30. easque magis dolere, quam patres de incommodo filii, dicit Philosophus, & patet Proverb. cap. 10. dum dicitur, filius sapiens latificat patrem, filius vero stultus mortificat matris suæ, & Ecclesi. 7. genitura matris

tuæ non obliviscaris, audi & Tob. c. 4. dicentem: nemor esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in utero mater tuâ, & ideo magis à filio diligi debet quam pater, ut per plura probat Joh. Ludov. de Monte Regali in tract. de veritate contractionis, pag. 47. vid. & de prerogativa matris & laboribus ejus D. Hieronym. epist. 6. part. 3. quamvis etiam in jure legamus, matres nunquam inhonestis factis atque indecentibus machinationibus filios consuevisse obsidere infidiisque vel clandestinis vel manifestis eos appetisse, vel inimicis ejus suas amicitias copulasse, atque in aliis sic versutas fuisse, ut potius inimicæ quam matres crederentur. l. liberi 28. vers. si tamem mater. C. de inoffic. testam. Unde etiam de secundo nubentibus loquitur Imperator Gordianus, quod plerumque soleant novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicere in l. 22. vers. servi. C. de administr. tut. ubi vid. q̄æ not. Gothofr. ibid. Simon. Olivar. lib. 3. art. 5.

II.

Mater filia incrementum & honorem videtur diligere, cap. super eo 22. extr. de testib. imò propter sexus similitudinem plus ad feminas affici, quam ad masculos solet. Petr. Ancharan. consil. 339. incip. pro majori intelligentia. num. 7. quia in habentibus symbolum facilior est transitus in l. rem 25. §. ff. de rei vind. vid. infr. lib. 17. cap. symbolum.

III.

Mater suæ familie caput & finis est. l. 195. §. fin. ff. de V. S. Boccr. in Comment. ad Instit. de patr. potest. vid. infr. cap. mulier. axiomat. I.

IV.

Mater potest plus relinquere filio secundi matrimonii quam primi Bald. in l. 1. col. 3. C. de inoffic. Testam.

V.

Matrem natura, patrem jus civile demonstrat. l. lex natura 24. & l. cum legitime 19. ff. de stat. hom. unde mater semper certa est, pater non æque, sed is esse putatur quem nuptiæ demonstrant. l. quia semper 5. ff. de in jus vocand. ubi Cujac. in Paulo lib. 4. ad Edict. pag. 92. A. & B. rationem addit; quia partui multi testes adsunt, conceptui nulli. add. Vinn. ad §. ult. Instit. de Scto Tertull. Regn. Sixt. 2. consil. Marpurg. 9. n. 49.

Mater an teneatur alere liberos, vid. in supplem. tit. ALIMENTA.

CAP. XVI.

Materia.

Axioma I.

Materia esse non sufficit nisi apta sit & habilis. arg. l. 1. §. penult. deriv. Sebast. Medic. in tract. de defn. p. 1. in præm. num. 18. Nicol. Moron. de Treug. & Pac. q̄æst. 2. n. 1. Non enim ex quo vis ligno sit Mercurius M. Ant. de Amat. in reper. l. si emancipati. C. de Collat. q̄æst. 1. num. 17. nec ex quolibet marmore Jovis statua. Nolden. de stat. nobil. cap. 3. num. 22.

II. Statu-